et permanere in eo semper. Et quoniam futura temptatio
et tribulatio appropinquat. felices qui perseve
rabunt in hiis que ceperunt. Ego vero ad deum prope
ro. cuius gratie vos omnes commendo. Suavi huius
modi ammonitione completa. iussit vir deo
carissimus evangeliorum codicem apportari.
et evangelium secundum Johannem quod incipit ab eo
loco. ante diem festum pasche. sibi legi postulavit.
Ipse vero prout potuit in huius psalmi vocem eru
pit: Voce mea ad dominum clamavi voce mea
ad dominum deprecatus sum. et ad finem usque complevit.
Me igitur expectant iusti. donec retribuas mihi.
Tandem cunctis in eum completis mysteriis. anima
illa sanctissima carne soluta. et in abyssum divi
ne claritatis absorpta. beatus vir obdormivit
in domino. Unus autem ex fratribus et discipulus eius vidit
animam illam beatam sub specie stelle prefulgide acan
dida subvectam nubecula. super aquas multas in ce
lum recto tramite sursum ferri. tamquam sublimis
sanctitatis candore prenitidam et celestis sapientie
simul et gratie ubertate repletam. quibus vir sanctus
promeruit locum introire lucis et pacis. ubi cum